

SCRIPTA

Numéro Scripta : 928

Auteur(s) : Henri II, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Grégoire, Bayeux (chanoine)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1165-1205]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II, évêque de Bayeux, augmente les revenus de Grégoire, chanoine de Moon, et de ses successeurs dans la même prébende.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXXXVII, t. 1, p. 165-166.

Dissertation critique

Épiscopat d'Henri II, 1165-1205.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, aeternam in Domino salutem. Ad universitatis vestrae noticiam volumus pervenire nos, de communi assensu et voluntate capituli nostri Baiocensis, concessisse et in perpetuum contulisse Gregorio, canonico Baiocensi, et successoribus sibi in praebenda sua de Moun canonicis, omnes libertates et quietantias in nemoribus nostris de Nulleio, et Racineto, quas ipsa praebenda antiquitus habere consuevit, et quas praebendae de Casteleio, et Quartineto, ibidem habent, scilicet, pasnagium, et herbagium, de se et omnibus hominibus praebendae suae, et marremum ad aedificia sua et molendinum facienda, et ligna ad ignem suum, et closturam ad sepes suas ; ita quod nullus forestariorum nostrorum, vel servientium, pro aliquo delicto forestae, praebendam suam ingrediatur. Dicitur autem canonicus pasnagium et herbagium hominum suorum ad usus proprios convertet. Concessimus etiam eidem Gregorio, et contulimus in augmentum praebendae suae, omnes praedictas libertates et quietantias in bosco nostro de Ala in perpetuum similiter optinendas, ut in aliis nemoribus praedictis, et quasdam terrae portiones incultas in duobus locis, prope Racinetum consistentes, cum mansura in qua consistit grangia sua, cui voluerit conferendas, et de praebenda tenendas, per redditum constitutum. Ut igitur haec nostra concessio firma et stabilis perseveret in posterum, eam sigilli nostri testimonio duximus roborandam : quam et praedictum capitulum sigillo suo confirmavit. Valet.